40.

MEMORIALE
De
Præſenti rerum in Polonia ſtatu,

cum adjuncto voto;

Vt Deus, Supremus ille Monarcha, potentiâ ſuâ interveniat, hoſtium crudelitatem ſupprimat,

et

Piis omnibus ſperantibus ac ſuſpirantibus tam terreſtrem, quàm cœleſtem pacem tandem concedat,

ANNOTATVM,

nec non

Pro omnium in Regno Statuum, Ordinum, Dignitatum, Civitatum, incolarum & accolarum Salute

per Eteoſticha votiva ad Deum

DIRECTVM,

Sicq́;

PVBLICATVM.

ab

Oswaldo Endlero Luſato,

ANNO M. DC. LI.

Typis Viduæ GEORGII RHETII.

JVnIVs Vt ter nonVs & VnVs In orbe regebat,
Mars faVet, & nobIs gaVDIa tVta faCIt:
SarMatIæ ReX, & popVLVs De fInIbVs hostes
EXpVLIt, ab Patrlæ res ea Vera nItet!
In pVgnIs IstIs sIt ReX, qVI fortIs In hostes,
ADsIstens IVsto DVX, DeVs ILLe potens:
Ne reDeat VI CossaCVs; neC TartarVs Iste,
TVrCa neC aDIVnCtVS, PaX sIt In Orbe VIgens.
CœLItVs aDVenIat CVstos, aVt AngeLVs aDsIt,
QVI proCVL à nostrIs teLa CrVenta VIbret.
VIta, saLVs Vernet, Mars & reLegetVr ab IstIs
PartIbVs, Vt GeDano noXIa non VenIant.
NVLLa SaLVs beLLIs, est eXperIentIa Vera,
O DeVs! ô CVra, sInt proCVL ILLa DIV!
AVDItVr beLLI rVMor noVVs, errat In orbe,
Spes bona non sVrgIt, Væ senIbVs, pVerIs!
O DeVs, In qVæ nos serVastI teMpora! non paX
VLLIbI sVbsIstens, qVæ renoVata, perIt.
O MIserere DeVs! nos eX hIs erIpe beLLIs!
HaVt est tVta qVIes, protege, nosqVe IVVa.
In Terra sIt paX, hoMInI sIt tVta VoLVntas,
In re DIVIna LIbera sItqVe VIa.

VIs

VIs DeVs? eXpLetIs annIs nos ſVſCIpe CVnCtos,
EX VaLLe haC Ita nos transſer aD aſtra poLI.
Eſt VbI neC Mars, neC VIs, neC fraVs, nVLLa tyrannIs,
Eſt VbI paX Conſtans, Certa qVIesqVe bonIs.
AnnVe ſIC CVnCtIs ReX, IVDeX, ChrIſte, petItIs,
Et CVra noſtras ponDVS habere preCes.

Silius:

Pax optima rerum,
Quas homini novisſe datum eſt: Pax una triumphis
Innumeris potior: pax cuſtodire ſalutem,
Et cives æquare potens.

Votum Brevius:

VnDIqVe ſIt PaX InConſtans; ſVnt noXIa beLLa,
A popVLIs beLLI peLLe fLageLLa DeVs!